

Folio

xx.

herodes presentiens eum in carcerem posuit. Augustus cesar audito quod herodes filios occidisset dixit. mallem esse herodis porcus quam filius. quia cum sit pro felibus porcus peccat. et filios occidit. Ipse autem herodes cum iam annos. lxx. haberet in grauissima egritudine incidit. Nam febre valida pruriginis corporis colli continuis tormenibus pedum inflatione verum escensibus testiculis intolerabili fetore. crebro anbelim et interruptis suspiriis torquebatur. A medicis vero in oleo positus inde quasi mortuus est allatus et extractus. Audiens autem iudeos mortem suam cum gaudio expectare nobiles iuvenes ex domo iudea collectos in carcerem posuit dixitque salome sorori sue. Scio iudeos de morte nostra gauisuros sed potero bene multos lugentes et nobiles exequias funeris si mei volueris parere mandatis: ut cum spiritum emisero cunctos occidas quos in custodia seruo. ut sic omnes iudea me desinat licet in uita. Habebat autem in consuetudine: ut ipse post omnem cibum pomum per se purgaret et comederet. Cuius gladium in manu teneret tuncque violenta distenderetur circumspectans ne se aliquis impediret seipsum percussurus dexteram sustulit. sed consobrinius eius sustentando dexteram impediuit. Proinus autem quasi rex mortuus esset in aula regia uiulatus insonuit. Quo audito exultauit antipater multaque si dissoluitur custodibus pollicente. Quod cum cognouisset herodes grauius filij exultationem quam propriam tulit mortem. Mittensque satellites eum occidi fecit et archelaum post se regnatum instituit. Sicque post dies quinque mortuus est. In alijs fortissimus in rebus domesticis infelicissimus. Salome autem soror eius omnes absoluit quos rex occidi mandauerat. Remigius tamen in originali super Math. dicit. quod herodes gladio quo pomum purgabat se percutit. et quod Salome soror eius omnes uinctos prout cum fratre ordinauerat interfecit.

De nominis interpretatione.
Thomas abyssus vel geminus inter

pretatur. vel lectus. Abyssus. i. profundus in humilitate. quod patet in cilicio et pedum pauperum lotione. Geminus in prelacione quia geminate presuit. i. uerbo et exemplo. Beatus in passione.

De sancto Thoma cantuariensi episcopo

Thomas catua
riensis: dum in curia regis anglie consisteret. et quedam ibi sicut contraria religioni videret: curiam ipsam deseruit. et cantuariensi archiepiscopo se commisit. a quo archidiaconus factus est. Ad preces tamen ipsius archiepiscopi regis cancellaria suscepit. ut prudentia qua erat predictis malignorum in ecclesia prohiberet insultus. Quem ateo rex dilexit ut post recessum archiepiscopi eum in cathedra honorum procurauerit sublimare. qui quibus plurimum resisteret tandem ad obedientiam precepti huiusmodi supposuit ad portandum. Subito autem in vitam alterum permutatur et caro eius cilicio et ieiunijs maceratur. Non solum eius cilicium pro camisia deserebat. sed etiam femoralia calicina usque ad proplicem baiulabat. Scitatem autem suam ita subditer occultabat ut saluo semper honestatis rigore sub decennia vestitium a paratu utensilium concordaret moribus singulorum. Tredecim pauperum pedes quotidie curuans genibus abluabat. et refectos dantis culliter quatuor argenteis remittebat. Rex autem ad voluntatem suam in decretum ecclesie ipsum inlectere nitentibus asserebat ut consuetudines quas contra libertatem ecclesie predecessores sui habuerant ab eodem similiter firmarentur. Qui dum domino assentire noluit contra se itaque regis et principum prouocauit. Quadam autem vice sic ipse cum alijs episcopis a rege attentus est: ut etiam sibi mortis sententiam minaret. Qui magnum virore decepit. per illius obtemperans assensum perhibuit voto regis. Quod ex hoc videtur atque periculum imminere seipsum postmodum in prima gram cruciatur ab altaris officio se suspedit quod a summo pontifice instituitur. Requirit denique rex ut quod dicitur

6 40